


1,

M[•] SIMO:
NIS LEMNII EPI.
GRAMMATION
LIBRI III.

ADIECTA EST QVOS
que eiusdem Querela
ad Principem.

ANNO DOMINI
M. D. XXXVIII.



S. L E M N I I

Seu uos uestra tenet celebris Moguntia Musis,
Maxima qua Rheno præcipitatur aqua.
Seu placet urbs teneris cui nomina nota puellis
Aetas prisca dedit, Partheniumq; uocat.
Seu te alibi nitidis Rhenus delectat arenis,
Siue peregrinis candidus Albis aquis.
Mittimus o felix princeps Alberte camoenis,
Sospite quo placidas esse putamus aquas,
Quas inter recinit sacro Permeside Phœbus,
Quas bibit Aonidum, Pieridumq; cohors.
Tu modo si capies, ego te legisse putabo,
Incedamq; hilaris credulitate mea.

A D L E C T O R E S .

Turpia qui nostro speratis scripta libello,
Quæ uobis spes hic pectora fallat erit.
Ista uerecundo præmisí carmina uersu,
Quæ legat Albertus cum libet illa sibi.
Vel legat illa suis inter conuiua mensis,
Inter prudentes uel legat illa uiros.
Se illicet ut domino uolumus liber iste iocetur,
Proferat & uersus iste pudore suos
Nempe quod huic librum domino sacrauimus istum,
Casta igitur si quis, qui legit, ista legat.
Et legat

L I B E R P R I M V S.

Et legat ista puer castus castæq; puellæ,
Nymphaq; quæ tantum scripta pudica legit.
Scomata qui cupiet semper, uersusq; procaces,
Et quem de Nymphis salsaq; scripta iuuant.
Lasciuos moneo tantum legat ille libellos,
Quos ego post istos fortè daturus ero.

A D C H R I S T O P H O R V M T V R
cum Cancellarium princ. Alberti cardi. &c.

Turce Palatinæ cultor facunde Mineruæ,
Turce Palatini gloria prima chori.
Curaq; sanctar um dignissima principe legum,
O & Teutonici lausq; decusq; fori.
Ad sacra tu sanctæ si limina miseris aulæ,
Lemnius Aonium quod tibi mittit opus.
Tunc tibi uenturos precor ut fœliciter annos,
Qui tenet astra poli, præbeat ille tibi.
Et tibi sint magni penetralia plena fauoris,
Et tibi sint domino tecta beata suo.
Principis ista quidem cum noueris ora sereni,
Aptaq; dum fandi tempora forte putas.
Cum fulget placido Domini clementia uultu,
Quo nihil Aonio denegat illa choro.
Tum precor ispe uelis nostros offerre libellos,

LIBER PRIMVS.

DE PISCE IN CALICE.

Artis phidiacæ labor putatur,
Piscis qui calicis uidetur imo,
Nam si uina dabis natabit ille,
Si siccas calicem bibens falernum,
Ceu pisces medijs, iacent arenis,
Si qui sunt male forte destituti,
Sic piscis calicis uidetur imo
Artis phidiacæ labor celebris.

A D A . A .

Ducere te mallem, sed si tamen Anna negabis,
Pontia post Annam proxima nempe foret.
Extremo est Ancilla loco, quam non ego dicam,
Hæ pro me facerent, cætera turbauale.

I N A E R E M .

Rugata toties relegis quod fronte tabellas,
Et tua quod sentit ianua sæpe pedes.
Quodq; domi non es, latitas cum tum tamen intus,
Clauderis et thalamo turpiter ipse tuo.
Nimirum uacui tibi quod sint ære locelli,
Millia quod centum non tribuisse potes.
Milliaco nsumis, dum tu sponsalia natæ,

B & Omnia

• K

S. LEMNII

Accedunt, animamq; tenent, uestigia furtim
Quæuis attonito fert tacitura gradu.
Ut pueri uiridis tetigerunt cubilia frondis,
Quælibet & flatus ne sonet ipse cauet.
Et iam finitima gressum tendebat in herba,
Multi plenus adhuc ille soporis erat.
Gaudent & sparsas tollunt de gramine tædas,
Telaq; diuersis que iacuere locis.
Inq; lacus portant ueluti peritura puellæ,
Nempe quod extingui quæq; putaret aqua.
Ecce faces mersæ liquidis arsere sub undis,
Et tenuit flamas lucida tæda suas.
At fluuius uires isto contraxit ab igne,
Et tepidas Nymphis iam quoq; præbet aquas.
Quæ retinent ueteris etiam uestigia flammæ,
Vulnus & assiduo quo moueatur habet.
Scilicet hic nullis extinguitur ardor ab undis,
Nec timet humores cœrula Dori tuos.

AD BER SABE A M.

Inter Iudaicas pulcherrima nupta maritas.
Cur tua fontanis cruralauantur aquis.
Cum sis & liquidis tu longe purior undis,
Perspicua niueus pes tibi lucet aqua.

Floridior

L I B . P R I M V S .

Floridior pratis, riguis iucundior hortis,
Lucidior uitro, candidiorq; niue,
Heu scelus, heu regi nimium formosa uideris,
Desine, nam forma est pernitiosa tua.
Debueras uultus potius fœdare serenos,
Debuerant peplo splendida membra tegi.
Quid facis infelix, minitatur prælia forma,
Non est successus ista habitura bonos.
Quam male fortunam miseri uidisti amantes,
Debueras isti non placuisse uiro.
Forma nocet multis, formæ nocuere puellis,
Scilicet & casti damna pudoris habent.

D E P I S C E .

Dum salit Albiacis squamosus piscis in undis,
A liquidis Sturno tollitur ille uadis.
Ponitur & nido uolucrum tum piscis in alto,
Qui latuit fluuiō, iam quoq; fronde latet.
Querit aues nido, piscemq; inuenit in illo
Rusticus, & pisces aucupis arte capit.
Retia iam cessent, iam lina madentia ceſſent,
Nec madidas curuus preuolet hamus aquas,
Deprendat nudos piscator in arbore pisces,
Si capere hos nidis aucupis arte placet.

C De obitu

S. L E M N I

Quod si non plures nummos Tyrolbus habebit,
Quam sibi caseolos tunc mihi pauper homo est.

A D T Y R O L B V M Sclauum.

Cum sis Tyrolbos, nec sit tibi cascus, ipse
Atyros melius diceris esse mihi.

A D P H E D I L V M.

Bis denas nondum numeras si Phedile meses,
Tunc poteris nullas attribuisse tibi.

A D P R I N C I P E M A L=bertum Cardinal. &c.

Inter Pontifices nostrorum maxime Praeful,
Inter primates gloria prima uiros.

Multa licet semper dederis tu dona Poetis,
Attamen his dices plura datus ero.

Diligeris sacris non propter dona Poetis,
Propter te uates credito munus amant.

A D V I N S V M.

Iam tibi iam longum est habitata Bononia Vinse,
Et Phactontei Mœnia uisa Padi.

Nunquid & Oenotrias iam nosti Vinse puellas,
Ant tibi uel Pataui displicuere Nurus.

Num

S. L E M N I I

Hoc tibi nūc scito nomen fecisse Napæas,

Quodq; tibi finge Lemnia Musa tene.

Iam frondesce diu nostris celebrata camœnis,

Donec erunt nobis carmina, nomen erit.

I N R A B V L A M.

Bellus agis causas, et fundis uerba disertus,

Horis ipse potes dicere et illa tribus.

Et tribus ipse nouem uoces uix diceris horis

Perfecisse, potes dicere ncmpe diu.

Cumq; diu dicis, tum nil dixisse uideris,

Dicis in ore statim quicquid habere potes.

Hac quoq; qualoqueris poteras ratione tacere,

Dum nihil est quod tu dicere ncmpe soles.

I N L E N T I N V M.

Dum loqueris dormis, et uis tamen esse disertus,

Sed dormire precor desine dum loqueris.

I N T H E O B A L D V M.

Vis castus semper uis dici deniq; uirgo,

Et uis Hippolyto castior esse tuo.

Et uis uel casta tu castiore esse Diana,

Sic es castrato castior ipse uiro.

L I B . S E C V N D V S .

Quis niger iste faber dominæ qui semper adhæret,
Scilicet uxori quod timet ille suæ.
Si quis enim uxorem uultum conuertit in ipsam,
Tunc oculo sœuus prospicit illc truci.
Ut madido pastor uidit Polyphemus in antro,
Neritos auido dum uorat ore uiros.
Cumq; suburbanos nymphis spatiatur in hortos,
It simul uxori tunc comes ille suæ.
Et tamen hunc nuper, nuper percussit et illum,
Mollities est hunc quæ facit esse uirum.
Trux est uxoris si quis res egerit illas,
Quas miser uxori debuit ille suæ.
Ergo duos nuper sed clam percusserat ille,
Egerat uxoris res quod uterq; suæ.

A D E M P E D O C L E M .

Ne tibi discipulus dominæ sit forte Magister,
Si potes hoc prudens ipse cauere caue.
Tu foris astra uides intus uidet ille maritam,
Res agis, uxoris res agit ille tuæ.

A D A R G Y R O L O G V M .

Et solus numeras corrasa numismata mensis,
Solus et hæc mittis mutuo principibus.

E 2 Vinaq;

L I B . S E C V N D V S .

Sed puto quod tangas plenum fuligine tignum .
Aut nimis in fumo forsitan ipse laues .

A D A , C H R Y .

Sæpe refers nudam tu me si forte uideres ,
Tum tibi non solum crura placere putas .
Laudares teneras , et adhuc sine lacte papillas ,
Pectora laudares candidiora niue .
Hoc scio , uerū aliquid plus est quod et ipse probare ,
Ipse femur dicas , non ego dico femur .
Displacet ergo femur , non , illo pulchra uideris ,
Pulchrius est aliquid non procul inde tamen .

A D A N . G L .

Cur uites semper communia balnea dicam ,
Quod sis nigra scio , quod scabiosa puto .

I N C A R P O P H .

Quod domus è paruo tibi sit constructa fateris ,
Cur igitur tanti uenditur illa tibi .
Quingentis constat , sed cur tu mille reuendis ,
Pectora nempe aliquis quod tua Dæmon habet .

I N T H R A S O N E M .

E 5 CMM

S. L E M N I I

Dum tibi bis dexties Mœchi futuere maritam,
Dumq; anno toto uix semel ipse potes.
Ah miserere tui, teneræ miserere maritæ,
Desine ne uobis asper lambus eat.
Fumantem nasum uiui tentaueris urſi,
Nam bene dum dormit, tutior esse potes.
Liuentes alia dentes in pelle fatiges,
Crede mihi dentes non decet ista tuos.

I N M A R C E L L U M Marianum

Scribere me dicis quæ uix intelligat augur,
Huic ego non scripsi sed Mariane tibi.
Et satis est carmen si intelligat unus et alter,
Quam si mille sciant plus Mariane iuuat.
Nil opus est nostris ut dicis Apolline libris,
Iudicio uobis est opus arte minus.
Hoc Mariane tamen quod non intelligis ipse,
Nec facit ad stomachum nostra Thalia tuum.
In causa fuerit, quod nulla epigrammata nosti,
Non dicam quis sis sed Marianus eris.

I N M A R T. L V T H E R V M.

Quid me famoso laceras Martine libello,
Quam poenam clamas non meruisse queo.

Dic

L I B . T E R T I V S .

Dic mihi quid feci, nisi quod mihi carmine Princeps.
Sustinet laudes, & legat ille suas.
Post æris cupidi dicti duo, tresue fuere,
Et læsa est meretrix carmine solamco.
Hæc sunt quæ nos tros clamas meruisse libellos,
Scilicet hoc scelus est, hoc pia turba facit.

E P I T A P H I V M F I
lij Benedicti Pauli.

Vt cadit Elpenor summo de culmine Circes,
Sic puer è tectis labitur ipse suis.
Decidit iste, pater sed tristia funera fleuit,
Hoc placuit Musis, hoc tibi Phœbe placet.
At scelus hoc magnum fuerat, crimenq; deorum,
Non cecidit pariter quod domus, & dominus.

I N T V M V L V M Erasmi.

Hoc tegitur saxo tam magni corpus Erasmi,
Ingenium cuius uix capi orbis iter.

D E O B I T V E T N A
tali librorum.

Dum leuis arsuris struitur Libitina camenis,
Et furit in uersus Curiatotamcos.

G 3 Innocuus

S. L E M N I I

Innocuas tristi dum digerit ordine chartas,
Et subdit flamas impia turba suas.
Vrbis & insidias, & tristia mænia uito,
Ac fugio sœuas flebilis ipse manus.
Totaq; debinc arsit populo spectante papyrus,
Relliquiasq; suas igne cremata dedit.
Ecce nitet uolucris lucenti charta fauilla,
Non secus atq; suis sit reparata focis.
Exit & aerias iam libera facta sub auras,
Dumq; uolat speciem contrahit illa suam.
Sic quoq; se renouat flammis Babylonius ales,
Post cineresq; suos iam noua prodit auis.

I N D. I O N A M.

Quid laceras nostros orator in epte libellos,
Quid de suggesto uociferare tuo.
Menon Grammaticum, clamas non esse latinum,
At sum Grammaticus, sumq; Latinus ego.
Hoc pariter totam testatur fama per urbem,
Grammaticus probat hoc, ipse Latinus ait.
Tu si quid tentas forsan clamare latine,
O qualis gestus iste loquentis erit.
Barbara de tetro ructas mihi uerba palato,
Ebrivus hesternum ceu uomit ipse merum.

Ac uelut

L I B . T E R T I V S .

Res narrata fuit, Ciceronis barba uocatur,
Nunc etiam Ruffus nobile nomen habet.

D E E F F I G I E A C H A .
tij Brandenburgensis.

Hæc sunt ora mei quæ cernis lector Achati,

Hæc iuueni facies, primaq; forma manet.

Floruit hic uultus bis denis lætior annis.

Vixq; suas audet pingere barba genas.

Si formam spæctas puerum, si robora cernas,

Corporis egregij dixeris esse uirum.

En tibi quām pulchros spargat modo purpura cultus

Purpura sed domino uincitur ista suo.

Sed ne muta tamen tantum pictura notetur,

Se referat chartis maior imago meis.

I N . M . L V T H E R V M .

Qui fueras Monachus tota obscurissimus urbe,

Et fueras sacræ pars studiosa domus.

Nunc monachus monacham duxisti, nēpe prophanus

Factus es, & dominæ contionare tuæ.

Quod uult illa statim fugitiuo mandat Ascello,

Hæc est infœlix, & fugitiua quies.

Insuper es toto nebulo notissimus orbe,

Iactas

S. L E M N I I

Iactas incestus, illicitosq; thoros.
Ausus uirgineas impurus solucre zonas
Polluis incestu teq; tuosq; tuo.
Ausus uestalem lecto temerasse puellam
Turpiter incestu tc facis ipse patrem.

I N D. M E L C H I O R E M Caluum.

Quid dicam Caluus nostris uult esse libellis,
Et queritur laesus carminis arte mei.
Quod non sis nostro succenses calue libello,
Vis puto caluitio calue legare tuo.

A D D. B A R T H O L O M E V M Amantium

Bartholomee sacra frontem redimite corona,
Gloria Romani Bartholomee fori.
Damnatos doleo quamuis sine criminе uersus,
Lusit ad Albiacas quos labor unus aquas.
Principis Alberti laudes descripsimus illis,
Hæc mihi si nescis carmina crimen erant.
Hæc ego cum Musis mœstus Phœboq; querebar,
Defleui uates dixit Apollo mcōs.
Et perijt quondam dederat quem Corduba uatem,
Ingenio cecidit Naso poeta suo.

2. P. 11

Dum

L I B . T E R T I V S .

Perfidus es, nostri metuis nec principis iram,

Et fidei poteras immemor esse tuæ.

Arca referta auro tibi mittebatur ad Albim,

Cum peteret mecum turba diserta domum.

Impia cum populis alienis fœdera iungis

Falsus, et à domino deficis ipse tuo.

Perfidiae exemplum pendentem noscere posses.

Non curas, similis te quoq; poena manet .

I N M A R T . L V T H E R V M .

Albiacus falso me damnat criminе Pappa,

Illius at damnat Cæsar in orbe scelus.

A D I O . B R V N O N E M Vinaricn.

Candida Teutonicæ Bruno facundia linguae,

Qui renouas patriæ nomina prisca domus.

Et cui Cecropiam comitantur uerba Minerviam,

Cui latio crescit gloria parta foro.

Est nostro Pylades est tempore notus Orestes,

Tu Pyladen præstas, et tua nota fides.

Quam uellem totum notescret ista per orbem,

Et ueterum posses tu superare fidem.

Ista Sophocleos meruisse fama cothurnos,

Dignaq; Mæonij carminis ista foret.

S. L E M N I I

Testor amicitias, et ius commune duorum,
Testantur studij conscientia tecta mci.

A D P H I L . M E L A N T H O N E M .

T c m p o r i b u s n o s t r i s c l a r i s s i m a f a m a M e l a n t h o n .

G l o r i a T e u t o n i c i l a u s q ; d e c u s q ; s o l i .

S æ p e t u a s l a u d e s c o n a t a e s t d i c e r e M u s a ,

S e d n o n i n g e n i u m f u s t i n e t i l l a t u u m .

D e f i c i t i l l a m i h i t a n t o s u b p o n d e r e r e r u m ,

E x i t u s i n t a n t i s n o n p a t e t u l l u s a q u i s .

V t m i n u s i p s e q u e a m , p l a c e a t t a m e n i s t a u o l u n t a s ,

N o n u e n i t i n u e r s u s c o p i a t a n t a m e o s .

A D C H R I S T O P H O R V M à C a r l b i t z .

E t g e n u s e t p r o a u o s n u m e r a s c u m s t e m m a t e t o t o ,

T u q ; n i t e s p r i s c o s n o b i l i s i n t e r a u o s .

P r æ t u l i t e t a n t i s a t a u i s t e m a g n u s E r a s m u s ,

D i u e s e r a s , e t e q u e s , s e d q u o q ; d o c t u s e r a s .

S u n t t i b i s i n t q ; p r e c o r d i f f u s i i u g e r a c a m p i ,

N a t a l e s q ; c o l u n t p r æ d i a m u l t a l a r e s .

E t t i b i m o n s s o d t u r f u l u o p r e t i o s i o r a u r o ,

S u s t e n t a t q ; t u a s s p l e n d i d a m e n s a d a p e s .

P l u s t a m e n e s t , u i r t u s q u o d s i t t i b i c l a r i o r i s t i s ,

N o b i l i t a s q ; i l l i d e t s u p e r a t a l o c u m .

I n g e n i o